

- habitatrix Tergesti vel forensis civitatis Tergesti vendens vel
vendi fatiens vinum in taberna sive ad minutum non emptum,
tam de suis propriis vineis quam aliud vinum, solvere debeat et
teneatur dicto daciario unum gross. pro qualibet urna vini sic
5 venditi, et si venderet vel vendi faceret vinum aliquod emptum,
solvere debeat et teneatur eidem duos venect. gross. pro qua-
libet urna, et hoc infra tertiam diem post venditionem talis
vini, sub pena duorum gross. pro qualibet urna vini venditi et
pro qualibet persona contrafatiente et vice qualibet contrafacta;
10 et quodlibet dominium teneatur condempnare in arenga in ca-
pite cuiuslibet mensis omnes qui vendidissent vinum et non
solvisset infra tres dies, sub pena componendi dampnum co-
muni quod exinde occurreret, si querella ad dominium perve-
nerit; et procurator daciai predicti dare debeat in scriptis per-
15 sonas contrafatientes, sub pena centum sold. par. ¶ Et nulla
persona recusare possit nec debeat solvere dictum dadium, et
si qua persona forensis emens vinum recusaret solvere dictum
dadium, quod cives vel habitatores Tergesti, qui tali forensi ven-
didissent ipsum vinum, solvere teneantur dictum dadium infra
20 terminum supradictum sub pena predicta. ¶ Et quod quilibet
hospes civis vel habitator Tergesti, vendens vinum in civitate
Tergesti vel eius districtu ad minutum, solvere // debeat et 247 A
teneatur dictum dadium per modum supradictum, et talis
hospes unus vel plures facere debeant et teneantur bullare (fa-
25 cere) per iustitarios comunis vasa vel butisellas unum vel plura
ipsius vinum vendere volentis ad minutum, sub pena viginti-
quinque libr. par. pro quolibet hospite contrafatiente et vice
qualibet contrafacta. ¶ Et si qua persona vendiderit vinum in
taberna sive ad spinam, et dominus vini solvere recusaverit
30 datium comunis pro ipso vino prout fatiunt alii cives, quod
ille qui vendiderit dictum vinum solvere teneatur pro dacio ¹⁾
predicto.

¹⁾ dicto.